

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Svmmvla Selectarvm Qvaestionvm Regvlarivm

Bonagratia <von Habsheim>

Friburgi Brisgoiae, 1665

Evcharistia

[urn:nbn:de:bsz:31-160625](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160625)

fari nequit, nisi citatis & auditis Electis. c. vlt. de Elect. 6. vbi DD. communiter. idque per plenas probationes. Nau. l. 5. Conf. de Iudais. conf. 1. n. 6. Lezan. in Relektione super valid. eiusdem Capit. in sine sue Summa. In dubio enim de validitate actus, debet interpretari, quod valeat. ff. de iniur. l. apud Labcon. §. si communem. Et Possessoris conditio, melior est in pari causâ. Reg. Iur. 65. in 6.

EVCHARISTIA.

195. Sacramentum Vnctionis Extrema, vel Eucharistia ministrare Sacularibus, & Matrimonia solemnizare, Regularibus tunc communi interdicitur.
196. Priuilegium administrandi SS. Eucharistiam extra diem Paschatis, 197. Et Mortis articulum.
198. Nisi Parochus absit, aut ipse iniuste nolit ministrare.
199. Sapius, an raro communicandum?

195. **C**œlestem hunc cibum, & Angelicum panem, Christi fidelibus frangere, proprium est munus Parochorū, aded quod Religiosi, vt à Gener. Conc. Viennensi definitum refertur in Clement. de Priuil. c. 1. qui Clericis aut Laicis Sacramentum Vnctionis extrema, vel Eucharistie ministrant.

CXCV. SS. Eucharistiā administrare Sacularibus, interdicitur Regularibus.

ministrare Matrimonialia solennizare, hoc est; solenniter benedicere, siue instar Parochi contrahentibus adesse, non habitâ super his Parochialibus Presbyteri licentiâ speciali, &c. præsumpserint, excommunicationis incurrant sententiam ipso facto, per Sedem Apostolicam duntaxat absoluedi, &c. Iuxta quem cano- nem, licet trium illorum Sacramentorum administratio, tanquàm functio propriè Parochialis, ordinariâ potestate solis com- petat Presbyteris, qui nempe curatum ha- bent beneficium, respectu suorum Paro- chianorum; ex delegata tamen, Religiosis quoque conferri posse, præsertim à S. Pon- tifice (qui parem obtinet facultatem cre- andi Pastores tam ordinarios, quàm extra- ordinarios seu delegatos, cum ipse sit Pastor vniuersalis omnium Pastorum) manifestè non minùs colligitur ex eadem Clem. vbi postquàm prohibetur Religiosis ministrare propriâ autoritate Eucharistiam, adiungi- tur id posse, vbi habuerint Priuilegium à Sede Apostolica; cuiusmodi priuilegia quamplu- rima postmodum collata sunt Religiosis à diuersis summis Pontificibus, vt videre est in Comp. Priuil. Mend. V. Communicare. & aliis passim, præsertim verò à Leone 10. Ni- col. 5. & Syxt. 4. pro FF. Minoribus, ac de- mùm Paulo 3. in Bulla. Licet debitum An-

*Priui-
legia ad
ministrân-
di SS. Eu-
charistiâ.*

1549. 15. Cal. Nou. quã concessit PP. Societatis, & per consequens Mendicantibus omnibus, vt omnibus & singulis Christi fidelibus, tam forensibus, quã in ciuitatibus & locis, in quibus Religiosi consistunt, commorantibus, aut illac transeuntibus, Eucharistia Sacramentum, quod in suis Ecclesijs tenere decenter voluit, quocunque anni tempore, praterquam in festo Paschatis, & mortis articulo, nisi vrgeret necessitas, eorundem fidelium Rectorum licentiã minime requisitã valeant ministrare, licitè ac liberè. Additur tamen in alia Bulla, que incipit: Cum inter cunctas. vt eiusmodi administratio fiat absque praiudicio alicuius, &c. quod intellige cum Soar. to. 4. de Relig. l. 9. c. 3. n. 12. vt quamuis Religiosi possint communicare Sæculares extrã Pascha, & articulum mortis, absq; licentia Parochorum, nõ tamen debent præiudicare administrando. v. g. illis, quibus propter causam iustam prohibuerint communionem; vel in locis vbi non possunt absque eorundem licentia v. g. in Ecclesijs Parochialibus, expressa vel saltem præsumpta eã benignitate & facilitate, quã id solent concedere, quando petitur. Vel, cum P. Chafs; de priu. p. 2. tr. 8. c. 2. prop. 4. vt non extendatur ad alia Iura Parochialium, v. g. oblationum, &c.

T s

196

CXCVI.
*Excipiuntur
 dies Pa-
 schatis.*

196. Exceptio diei Resurrectionis Do-
 minicæ, quæ in supradictis Priuilegijs ponit-
 tur, quomoddò debeat intelligi, multum in-
 ter Authores controuertitur, dum alij *ma-
 terialiter* pro ipso præcisè die Paschatis, alij
formaliter pro Communionè Paschali, quæ
 communiter à die Dominica Palmarum, &
 in aliquibus Dioccesibus, à Dominica prima
 Quadragesimæ, vsque ad diem Dominicam
 in Albis ex præcepto peragitur, accipiunt.
 Qui *formaliter* sumunt, admittunt commu-
 niter posse, ipso etiam Paschæ die, Sacram
 Eucharistiam, Regulares Sæcularibus di-
 stribuere, quandò vel iam satisfecisse Paro-
 chiz, vel satisfaciuri alio die creduntur.
 Qui *materialiter* intelligunt, ij absque dis-
 cretione deuotionis aut obligationis, extra
 diem illum festum hoc Sacramentum por-
 rigunt. Ad hoc dissidium tollendum, plu-
 res à S. Congreg. declarationes emanarunt,
 imprimis die 23. Ian. 1586. quâ decretum fuit
 licitum non esse ipso Resurrectionis die ex
 manu Religiosorum communicare. Et die
 13. Iun. eodem anno, quod sicut quis proprio
 Parocho semel in anno confiteri debet, sic
 ab eodem etiam S. Eucharistiam sumere.
 Referunt has & alias declarationes, simul
 & vtriusque opinionis DD. Barbos. & Gal-
 lematt, in *Trid. sess. 13. can. 9.* Nouissimam
 dictæ

dictæ S. Congreg. decisionem ab Inno-
cent. 10. confirmatam recensent Dian.
p. 9. tr. 9. Ref. 27. Et Chafs. vbi supra
prop. 6. His verbis: Die 9. Jul. A. 1644. Con-
gregatio Eminent. Card. Conc. Trid. Interpre-
tum, post maturam discussionem censuit, Burde-
galensem Archiepiscopum non posse prohibere
Regularibus habentibus Privilegia Apostolica,
vt à Dominica Palmarum vsque ad Dominicam
in Albis inclusivè administrare non valeant, Per-
sonis Secularibus Sacramentum Confessionis:
posse tamen iisdem prohibere, vt personis secula-
ribus in die Paschatis non administrant SS. Eu-
charistia Sacramentum, etiamsi dicta Persona
seculares in alia die satisfecerint precepto Eccle-
siae hac de re edito.

Veruntamen siue Decreta huiusmodi re-
cepta non sint, siue, nescio, quâ causâ fiat,
vel indulgentiâ Parochorû, permanet huc-
usque eadem, & in opinando & praxi, di-
versitas, quæ licet ex illa DD. Parochorum
conniventia quandoque excusationem ha-
bere possit, cum iuxta Caiet. allegatum à
Soar. to. 5. disp. 22. sec. 4. sufficiat facultas
data, siue per specialia, siue per generalia ex-
primatur; vel etiam præsumptio probabilis
rati habitionis futuræ; cum ad substantiam
huius actûs non requiratur Iurisdictio, si-
cuti requiritur in Sacramento Pœnitentiæ,
P. Cypr. in c. 7. Reg. l. 6. Cum tamen sit
actus

actus verè Pastoralis, omni studio curandum esset, vt Paschalis Communio, ijs tantum modò dimitteretur, quibus potissimum dicitur: *Pascite, qui in vobis est, Gregem. 1. Per. 5.* Tamburinus certè in *Meth. exped. Comm. c. 4. §. 4. n. 53.* licet utrâq; ex supradictis opinionem speculatiuè saltem probabilem indicet, eam præcipuè, quæ pro satisfactione præcepti ipsum solum diem Dominicum Resurrectionis excipit, quam sequitur Societas in *Comp. Priu. V. Eucharistia. §. 2.* ipse tamen neutram audet suadere, vt in vsum deducatur, ne detur occasio, vel admirationis in populo, vel querelarum in Prælati. *Videat. Soar. to. 4. de Relig. tr. 10 l. 9. c. 3. n. 6.* Qui tamen non obstante dictâ exceptione, n. 8, censet ex vi verborum indulti Pauli 3. præallegati: *nisi vrgeret necessitas, &c.* Possè Religiosos communionem Paschalem dare fidelibus, qui pro infirmitate suas Parochias adire nequeunt, vel à suo Parocho facultatem petere, modò postmodum testimonium exhibeant Parocho de infirmitate & communionem facta apud Religiosos. De Vagis, peregrinis, & iter agentibus, putat ibidem teneri eam accipere in ea Parochia, in qua eo tempore inveniuntur. Alij tamen quos refert ac sequitur *Balsæ. V. Communio sacra. 1. n. 11.* ipso etiam allegato

legato Soar. in p. 3. 10. 3. disp. 72. sec. 2. oppositum non minus probabiliter tenent. Imò Tambur. *supracis. n. 46.* pro certo habet, eos posse vbilibet huic præcepto satisfacere, quia tacita saltem adsit licentia sui Parochi, vel Papæ: & regulariter Parochi loci (si tamen his illi, præsertim aduenæ, qui alibi domicilium habent, subijciuntur) parum aut nihil curant de Peregrinis.

197. De tempore articuli mortis, dicendum est comprehendere illam communionem tantum, quæ fit per modum Viatici, non autem alias, quæ fieri possunt plures in infirmitate diuturna propter deuotionem: quare cum iuxta superius recitatum indultum Pauli 3. liceat Regularibus ministrare SS. Eucharistiam in locis etiam exteris, vbi hoc non cedit in præiudicium Parochi, *suprà n. 195.* si contingat eos Missam facere in Oratorijs, vel domibus priuatis Infirmorum, possunt iisdem extra casum Viatici S. Communionem præbere (non tamen publicè per vias deferre) etiam ob deuotionem communicantibus, nam id consuetudo non obtinuit, & videtur omnino vergere in præiudicium Parochorum, quibus competit cum debita reuerentia & solemnitate publicè id peragere.

198. Si

CXCVII.

Et Mortis

articu-

læ.

EXCVIII. 198. Si quis etiam in articulo mortis
Nisi ab- existat, & Parochus non adsit, vel iniussu
fit Paro- nolit, nec per se, nec per alium ministrare
chus, aut Subdito Eucharistiam, & extremam Vn-
inussu no- ctionem, possunt Religiosi, quantumvis
lit ipse ad hæc nullam aliam facultatem habentes,
ministra- licitè utrumque Sacramentum administra-
re. re: cum hoc Epicheia Christianæ charita-
 tis requirat, & Ecclesiæ intentio nõ sit, ho-
 rum Sacramentorum administrationem ita
 committere Parochis, aut Religiosis prohibe-
 re, quando tam manifestè vergit in detri-
 mentum animarum.

Mortis articulum, & periculum æqui-
 parari dictum est initio, *V. Absolutio genera-*
liter. n. 2. Id ipsum etiam hîc locum habere
 censetur, ut in utroque casu SS. Eucharisti-
 am porrigere pertineat ad curam & solici-
 tudinem Pastoris, & illi peculiaritè reser-
 vetur, vndè ij, v. g. qui mare cõscendunt, aut
 mulieres prægnantes, quod non soleant in
 proprijs Parochiis communicare, id non
 euenit quasi non teneantur ad implendum
 præceptum à Parochis, vel cum eorum li-
 centia, Eucharistiam sumere, si versantur in
 vero mortis periculo, sed ex eo, quod com-
 muni vsu & consuetudine, non censeantur
 eiusmodi personæ versari in tanto periculo,
 sed potius ex deuotione communicare, vel

etiam

etiam in ijs aut similibus casibus, præsumitur licentia interpretatiua Parochorum ad id præstandum. Videantur super prædictis Soar. to. 4. de Relig. tr. 10. l. 9. c. 2. & Urban. ab Ascens. Theol. Mor. tr. 2. p. 2. dist. 1. c. 2; Reg. 4. §. & 6.

199. Sapiùs, an rarò sit communicandum, expendit Seraph. D. S. Bonaventura l. 2. de Profectu Relig. c. 77. cuius iudicio: vix aliquis ita Religiosus esse videtur & sanctus, exceptis Sacerdotibus, quin semel in septimana sufficiat ei ex consuetudine communicare, nisi specialis causa quandoque vel ratio plùs suadeat, infirmitas superueniens, vel singulariter festinitas solennis, vel inusitata deuotionis feruor, & intemperata desiderij sitis sit pro illius susceptione, qui solus sufficit amantis anima ardorem refrigerare, &c. Vide insuper Gab. Biel; lect. 87. in Can. Missæ.

CXCIX.

Sapiùs an
rarò com-
munican-
dum?

EXEMPTIO.

200. Exemptio Regularium quid sit, & vnde?
201. Exemptio duplex à lege Diocesana, & Iurisdictionis.
202. Casus, in quibus exempti subduntur ordinarijs.

200. **E**xemptionem, à qua Regulares exempti denominari solent, defini-
nit & vnde?

CC.

Exemptio
quid sit
& vnde?